

P H A R M A C O L O G I A ,
S E U
M A N U D U C T I O
A D

M a t e r i a m M E D I C A M :

I N Q U A
M e d i c a m e n t a O f f i c i n a l i a S i m p l i c i a ,

H O C E S T ,

M i n e r a l i a , V e g e t a b i l i a , A n i m a l i a e o r ū m q u e
p a r t e s i n M e d i c i n a O f f i c i n i s u s i t a t a , i n M e t h o d u m
n a t u r a l e m d i g e s t a , f u c c i n a t a , & a c c u r a t e d e s c r i b u n t u r ,

N o t i s g e n e r u m C h a r a c t e r i b u s , S p e c i e r u m S y n o n y m i s , d i f f e r e n t i s & v i r i b u s .

M e d i c i s , P h i l o s o p h i s , P h a r m a c o p o e i s ,
C h i r u r g i s , & c . u t i l i s s i m u m .

Ad Supplementi calcem adjicitur
I N D E X d u p l e x : g e n e r a l i s a l t e r , N o m i n u m , & c .
a l t e r A n g l i c o - L a t i n u s ; i n g r a t i a m T y r o n u m .

Iterata Editio, emendata & aucta.

A S A M U E L E D A L E .

L O N D I N I :

A p u d B e n j . W a l f o r d , a d i n s i g n i a P r i n c i p i s
i n A r e a B o r e a l i D . P a u l i . M D C C X .

2. *Aper* Offic. *Schrod.* *Aldrov.* *Gefn.* *Fonf.* *Sus* *agrestis*, ſive *Aper* *R.* *Synop. Animal.* p. 96. *The wild Swine, or Boar.* *Uſu.* *Adeps*, *Dens*, *Priapus*, *Fel*, *Stercus*, *Urina.* *Vires.* *Adeps* ut *domestico* cognatus eſt, ita & *vires* communes obtinet, ſed fortiores. *Dens* ſpecificè in *pleuritide* exhibetur: *Cynanchen* curat. *Priapus* & *Testiculũ* ad *Veneris* impotentiam ac proliferationem faciunt. *Fel* *Strumas* diſcutit. *Stercus* aridum rejectiones ſanguinis ſiſtere creditur, id quod etiam præſtat extrinſecus ad motum. *Urina* comminuit ſpecificè *veſicæ* calculos, eoſque expellit. *Schrod.*

Quadrupeda Quadrifulca

A *Nimalia* quæ *Quadrifulca* appellamus, quatuor habent *ungulas* antroſum ſitas; ſaltem exteriores duas ad *latus* mediarum, velut in eadem *peripheria* circulari, non retro tantopere ab *anterioribus* remotas & reductas ut in *Bifculis*, nec reliquis tantominores. *R.* *Synop. Animal.* p. 121.

XI. De Rhinocerote.

Magnitudine *Elephanti* æmula, *cruribus* tamen brevioribus, ut minus conſpicuum ſit animal; imo in *nare* cornu, ab aliis omnibus *Quadrupedibus* abundè diſtinguitur. *R.* *Synop. Animal.* p. 122.

Rhinoceros *Offic. Schrod. Aldrov. Fons. Gess.*
 Abada five Rhinoceros *Ront. The Rhinoceros.*
Usu. Cornu nigrum, fissile, cubitum longum,
 pyramidale, bubali cornu forma sua representans,
 solidum sine cavitate. *Vires.* Commendatur ad
 venena, contagia, aliosque affectus sudore opus
 habentes ideoque loco unicornu in hujus defectu
 esse poterit. *Schrod.* Quamvis Authores varii
 Animalium Quadrupedum Monocerotum genera
 describant; nostra tamen sententia omnia præter
 Rhinocerotem fictitia sunt; qui solus inter
 Quadrupeda Monoceros est, & fortasse Veterum
 ille cujus cornu *Ælianus* nigrum esse affirmat.
 Quin & *Schroderus* aliique cornu Monocerotis vi-
 res Rhinocerotis cornu attribuunt.

XII. De Animali Moschifero.

ANimal Moschiferum *Offic. R. Synop. Animal.*
p. 127. Moschus five Moschi Capreolus,
Schrod. Capra Moschus Aldrov. Fons. The Musk
Animal. Neque è Caprino, neque è Cervino
 genere esse videntur. *Usu.* Moschus *Offic. Musk.*
 Est substantia grumosa, pinguis & unctuosa, san-
 guini congrumato similis ex ferrugineo nigricans,
 saporis subacris, & subamaricantis, odoris fra-
 grantis & grati, collecta ex folliculis prope um-
 bilicum sitis. *Vires.* Calfacit, siccat, attenuat,
 discutit, cordialis est, & alexipharmacus hinc &
 cephalicus. Usus præcipui in omnibus affectionibus
 cordis, palpitatione, Spiritus nimirum vitales fo-
 vet, suscitatur, recreat. Hinc in affectionibus capi-
 tis & nervorum, à frigore & crassis humoribus
 oriundis, tum & in dolore colico, &c. Externe
 detergit